

**Articulus 3**  
**Et in Iesum Christum,**  
**Filium eius unicum, Dominum nostrum.**

**887.** – Non solum est necesse Christianis unum Deum credere, et hunc esse creatorem caeli et terrae et omnium; sed etiam necesse est ut credant quod Deus est Pater, et quod Christus sit verus Filius Dei.

Hoc autem, sicut dicit beatus Petrus in *canonica* sua II, cap. I, non est fabulosum, sed certum et probatum per verbum Dei in monte: unde dicit *ibidem*, I,18: “Non enim doctas fabulas secuti, notam facimus vobis Domini nostri Iesu Christi virtutem et praesentiam; sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim a Deo Patre honorem et gloriam, voce delapsa ad eum huiusmodi a magnifica gloria: hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipsum audite. Et hanc vocem nos audivimus de caelo allatam, cum essemus cum ipso in monte sancto.”

Ipsae etiam Christus Iesus in pluribus locis vocat Deum Patrem suum, et se dicit Filium Dei: et Apostoli et sancti patres posuerunt inter articulos fidei quod Christus est Filius Dei, dicentes: “Et in Iesum Christum Filium eius” [...].

**888.** – Sed aliqui haeretici fuerunt qui hoc perverse crediderunt.

Photinus enim dicit,<sup>1</sup> quod Christus non est aliter Filius Dei quam boni viri, qui bene vivendo merentur dici filii Dei per adoptionem, faciendo Dei voluntatem; et ita Christus qui bene vixit et fecit Dei voluntatem, meruit dici Filius Dei: et voluit quod Christus non fuerit ante beatam virginem, sed tunc incepit quando ex ea conceptus est.

Et sic in duobus erravit. Primo in hoc quod non dixit eum verum Filium Dei secundum naturam; secundo quod dixit, eum secundum totum suum esse ex tempore incepisse; cum fides nostra teneat quod Filius sit Dei per naturam, et quod ab aeterno sit: et de his habemus expressas auctoritates contra eum in sacra Scriptura.

<sup>1</sup> Vgl. Augustinus, *De haeresibus* 44f. (PL 42,34).

**Artikel 3**  
**Und an Jesus Christus,**  
**seinen einzigen Sohn, unseren Herrn.**

**887.** – Die Christen müssen nicht nur an den einen Gott glauben und daran, daß er der Schöpfer von Himmel und Erde und allem ist, sondern sie müssen notwendig auch glauben, daß Gott der Vater ist und Christus der wahre Sohn Gottes.

Das aber ist, wie der hl. Petrus in seinem Hirten Schreiben sagt, keine Fabel, sondern sicher und bewiesen durch das Wort Gottes auf dem Berge der Verklärung. Ebendort heißt es: „Wir sind nicht ausgeklügelten Fabeln gefolgt. Als wir euch die Macht und Wiederkunft unseres Herrn Jesus Christus kundtaten, sondern wir waren Augenzeugen seiner Größe. Er empfing von Gott dem Vater Ehre und Herrlichkeit, als von der hochhabenen Herrlichkeit die Stimme auf Ihn herabkam: ‚Das ist mein geliebter Sohn, an dem ich Wohlgefallen habe; den höret.‘ Diese Stimme hörten wir vom Himmel erschallen, als wir mit ihm auf dem heiligen Berge waren“ (1 Petr 1,16ff).

Auch Christus Jesus selbst nennt an verschiedenen Stellen Gott seinen Vater und sich den Sohn Gottes. Die Apostel und die heiligen Väter nahmen es in das Glaubensbekenntnis auf, daß Christus der Sohn Gottes ist, mit den Worten: „Und an Jesus Christus, seinen einzigen Sohn“ [...].

**888.** – Aber es hat einige Irrlehrer gegeben, die diesen Glauben verkehrt verstanden haben.

Photinus nämlich sagt, Christus sei auf die gleiche Weise Sohn Gottes wie ein guter Mensch, der durch rechtschaffenes Leben Sohn Gottes durch Annahme zu heißen verdient, weil er den Willen Gottes tut. So auch habe Christus durch sein rechtschaffenes Leben und die Erfüllung des göttlichen Willens verdient, Sohn Gottes zu heißen. Photinus behauptete, Christus sei nicht vor der seligen Jungfrau dagewesen, sondern habe erst zu leben begonnen, als er von ihr empfangen wurde.

So irrte er doppelt: erstens darin, daß er es unterließ, ihn den wahren Sohn Gottes der Natur nach zu nennen. Zweitens, weil er behauptete, daß er seinem ganzen Sein nach in der Zeit seinen Anfang genommen habe, während unser Glaube daran festhält, daß er durch seine Natur Gottes Sohn und also von Ewigkeit her ist. Darüber haben wir ausdrückliche Gewährstellen in der Heiligen Schrift.

Nam contra primum dicitur, quod sit non Filius solum, sed etiam unigenitus. *Ioan.* 1,18: „Unigenitus qui est in sinu Patris, ipse enarravit.“ Contra secundum, *Ioan.* VIII,58: „Antequam Abraham fieret, ego sum.“ Constat autem quod Abraham ante beatam virginem fuit: et ideo sancti patres addiderunt in alio symbolo contra primum, „Filius Dei unigenitus“; contra secundum, „et ex Patre natus ante omnia saecula“.

**889.** – Sabellius vero licet diceret quod Christus fuit ante beatam virginem, dixit tamen quod non est alia persona Patris, alia Filii, sed ipse Pater est incarnatus; et ideo eadem est persona Patris et Filii.<sup>1</sup> Sed hoc est erroneum, quia aufert Trinitatem personarum: et contra hoc est auctoritas *Ioan.* VIII,16: „Solus non sum; sed ego, et qui misit me, Pater.“ Constat autem nullum a se mitti. Sic ergo mentitur Sabellius: et ideo in symbolo Patrum additur: „Deum de Deo, lumen de lumine“; idest, Deum Filium de Deo Patre, et Filium qui est lumen, de lumine Patre esse, credere debemus.

**890.** – Arius autem licet diceret quod Christus fuerit ante beatam virginem, et quod alia fuerit persona Patris, alia Filii, tamen tria attribuit Christo.<sup>2</sup> Primum est quod Filius Dei fuit creatura; secundum est quod non ab aeterno, sed ex tempore factus sit a Deo nobilissima creaturarum; tertium est quod non fuerit unius naturae Deus Filius cum Deo Patre, et sic quod non fuerit verus Deus.

Sed hoc similiter est erroneum, et contra auctoritates sacrae Scripturae. Dicitur enim *Ioan.* X,30: „Ego et Pater unum sumus“, scilicet in natura; et ideo sicut Pater fuit semper, ita et Filius; et sicut Pater est verus Deus, ita et Filius. Ubi ergo dicitur ab Ario, Christum fuisse creaturam, e contra dicitur in symbolo a patribus, „Deum verum de Deo vero“; ubi autem dicitur eum non fuisse ab aeterno, sed ex tempore, e contra in symbolo dicitur, „genitum, non factum“; contra illud vero quod dicitur eum non esse eiusdem substantiae cum Patre, additur in symbolo, „consubstantiali Patri“.

<sup>1</sup> Vgl. Augustinus, *De haeresibus* 41 (PL 42,31).

<sup>2</sup> Vgl. *ibd.*, 49 (PL 42,39).

Denn gegen den ersten Irrtum heißt es, daß er nicht nur der Sohn, sondern auch der Einziggeborene ist: „Der Einziggeborene, der Gott ist, der an des Vaters Herzen ruht“ (*Joh* 1,18). Gegen den zweiten Irrtum heißt es bei *Johannes* (8,58): „Ehe Abraham ward, bin ich.“ Abraham aber lebte gewiß vor der seligen Jungfrau, und darum haben die heiligen Väter im Glaubensbekenntnis [von Nizäa] wider den ersten Irrtum gesagt: „Den einziggeborenen Sohn Gottes“, und wider den zweiten: „Und aus dem Vater geboren vor aller Weltzeit“.

**889.** – Sabellius gab zwar zu, Christus sei vor der seligen Jungfrau gewesen. Er behauptete aber, Vater und Sohn seien nicht verschiedene Personen, sondern eben der Vater sei Fleisch geworden. Und so wären die Person des Vaters und die des Sohnes dieselbe. Aber das ist irrig, weil es die Dreiheit der Personen aufhebt. Dagegen spricht das Zeugnis bei *Johannes* (8,16): „Ich bin nicht allein, sondern mit mir ist der Vater, der mich gesandt hat.“ Es kann aber keiner sich selbst senden. Sabellius spricht also die Unwahrheit. Deswegen wird im Glaubensbekenntnis der Väter gesagt: „Gott von Gott, Licht vom Licht“; das heißt: Gott-Sohn von Gott-Vater. Wir müssen also glauben, daß der Sohn, welcher das Licht ist, sein Dasein hat vom Vater, welcher das Licht ist.

**890.** – Arius nun gibt zwar zu, daß Christus vor der seligen Jungfrau gewesen ist, und auch, daß er eine von der Person des Vaters verschiedene Person ist. Er spricht aber Christus ein Dreifaches zu: erstens, daß der Sohn ein Geschöpf ist; zweitens, daß er nicht von Ewigkeit, sondern in der Zeit von Gott als edelstes der Geschöpfe geschaffen ist; drittens, daß er nicht Gott-Sohn ist, nicht gleichen Wesens mit dem Vater und also nicht wahrer Gott.

Das ist ebenfalls irrig und widerspricht dem Zeugnis der Heiligen Schrift. Denn bei *Johannes* (10,30) wird gesagt: „Ich und der Vater sind eins“, nämlich in der Natur. Und daher: Wie der Vater wahrer Gott ist, so auch der Sohn. Gegen die Lehre des Arius aber, Christus sei ein Geschöpf gewesen, wird im Glaubensbekenntnis der Väter gesagt: „Wahrer Gott vom wahren Gott“. Wenn aber Arius sagt, er sei nicht von Ewigkeit gewesen, sondern in der Zeit geschaffen, so ist dawider im Glaubensbekenntnis gesagt: „Gezeugt, nicht geschaffen“. Gegen die Behauptung aber, er sei nicht gleichen Wesens mit dem Vater, wird im Glaubensbekenntnis hinzugefügt: „Gleichen Wesens mit dem Vater“.

**891.** – Patet ergo quod credere debemus, quod Christus unigenitus Dei est, et vere Filius Dei, et quod semper fuerit cum Patre, et quod alia est persona Filii, alia Patris, et quod unius est naturae cum Patre. Sed hoc credimus hic per fidem, cognoscemus autem in vita aeterna per perfectam visionem. Et ideo ad consolationem nostram dicemus aliquid de his.

**892.** – Sciendum est igitur, quod diversa diversum modum generationis habent. Generatio autem Dei alia est quam generatio aliarum rerum: unde non possumus attingere ad generationem Dei, nisi per generationem eius quod in creaturis magis accedit ad similitudinem Dei. Nihil est autem Deo ita simile sicut anima hominis, ut dictum est. Modus autem generationis in anima est quia homo cogitat per animam suam aliquid, quod vocatur conceptio intellectus; et huiusmodi conceptio oritur ex anima, sicut ex Patre, et vocatur verbum intellectus, sive hominis. Anima igitur cogitando generat verbum suum.

Sic et Filius Dei nihil est aliud quam Verbum Dei; non sicut verbum exterius prolatum, quia illud transit, sed sicut verbum interius conceptum: et ideo ipsum Verbum Dei est unius naturae cum Deo, et aequale Deo. Unde et beatus Ioannes de Verbo Dei loquens, tres haereses destruxit. Primo haeresim Photini, quae tacta est, cum dicit: „In principio erat Verbum“; secundo Sabellii, cum dicit, „Et Verbum erat apud Deum“; tertio Arii, cum dicit, „Et Deus erat Verbum“.

**893.** – Verbum autem aliter est in nobis, et aliter in Deo. In nobis enim verbum nostrum est accidens; sed in Deo Verbum Dei est idem quod ipse Deus, cum nihil sit in Deo quod non sit essentia Dei. Nullus autem potest dicere quod Deus non habeat verbum, quia contingeret Deum esse insipientissimum: et ideo sicut fuit semper Deus, ita et verbum eius.

**894.** – Sicut autem artifex facit omnia per formam quam praecogitavit in corde suo, quod est verbum eius; ita et Deus omnia facit Verbo suo, sicut per artem suam. *Ioan. 1,3*: „Omnia per ipsum facta sunt.“

**891.** – So müssen wir also glauben, daß Christus der Einziggeborene Gottes ist und in Wahrheit der Sohn Gottes, daß er immer mit dem Vater war, daß der Sohn und der Vater verschiedene Personen sind, und daß er eines Wesens mit dem Vater ist. Das bekennen wir auf Erden im Glauben, im Ewigen Leben aber werden wir es erkennen in vollkommener Schau. Und deswegen wollen wir etwas darüber zu unserem Troste sagen.

**892.** – Wir müssen bedenken, daß es verschiedene Weisen gibt, ins Dasein zu treten. Gott „zeugt“ anders, als er die übrigen Dinge ins Dasein treten läßt. Wir können daher die Zeugung Gottes nur ahnend verstehen nach dem Bilde der Zeugung des gottähnlichsten aller irdischen Geschöpfe. Nichts aber ist Gott so sehr ähnlich wie die Seele des Menschen. Die Weise, etwas in der Seele hervorzubringen, besteht darin, daß der Mensch in seiner Seele etwas denkt, und das nennt man Empfängnis des Verstandes. Diese Empfängnis wird durch die Seele gezeugt wie durch einen Vater, und diese Empfängnis heißt „Wort“ des Verstandes oder des Menschen. Die Seele zeugt durch das Denken ihr Wort.

So ist auch der Sohn Gottes nichts anderes als das Wort Gottes. Nicht wie ein nach außen hin gesprochenes Wort, welches vergeht, sondern er ist das innerlich empfangene Wort. Deshalb ist das Wort Gottes eines Wesens mit Gott und Gott gleich. Der hl. Johannes überwand, als er vom Worte Gottes sprach, drei Irrtümer: die Lehre des Photinus, die er trifft, wenn er sagt: „Im Anfang war das Wort“; die des Sabellius, wenn er sagt: „Und das Wort war bei Gott“; die des Arius, wenn er sagt: „Und das Wort war Gott“.

**893.** – Das Wort aber hat in uns und in Gott verschiedene Seinsweise. Denn bei uns ist das Wort etwas Hinzukommendes, aber in Gott ist das Wort Gottes mit Gott wesensgleich, weil alles, was in Gott ist, sein Wesen ist. Es kann aber keiner behaupten, in Gott sei kein Wort; denn dann wäre Gott nicht Geist. Wie also Gott immer war, so auch sein Wort.

**894.** – Wie der Künstler alles durch das Bild schafft, das er zuvor in sich erdachte – und dies ist sein „Wort“ –, so schafft auch Gott alles durch sein Wort gleich wie durch seine Kunst. „Alles ist durch es gemacht worden“ (*Joh 1,3*).

**895.** – Si ergo Verbum Dei est Filius Dei, et omnia Dei verba sunt similitudo quaedam istius Verbi; debemus primo libenter audire verba Dei: hoc est enim signum quod diligamus Deum, si verba illius libenter audimus.

Secundo debemus credere verbis Dei, quia ex hoc Verbum Dei habitat in nobis, idest Christus, qui est Verbum Dei, Apostolus, *Eph.* III,17: “Habitare Christum per fidem in cordibus vestris”. *Ioan.* V,38: “Verbum Dei non habetis in vobis manens.”

Tertio oportet quod verbum Dei in nobis manens continue meditemur; quia non solum oportet credere, sed meditari; aliter non prodesset; et huiusmodi meditatio valet multum contra peccatum. *Psal.* CXVIII,11: “In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi”; et iterum de viro iusto dicitur *Psal.* I,2: “In lege eius meditabitur die ac nocte.” Unde de beata virgine dicitur *Luc.* II,51, quod “conservabat omnia verba haec conferens in corde suo.”

Quarto oportet quod homo verbum Dei communicet aliis, commonendo, praedicando, et inflammando. Apostolus, *Eph.* IV,29: “Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus ad aedificationem.” Idem, *Colos.* III,16: “Verbum Christi habitat in vobis abundanter, in omni sapientia, docentes et commonentes vosmetipsos.” Idem, I *Tim.* IV,2: “Praedica verbum, insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina.”

Ultimo verbum Dei debet executioni mandari. *Iac.* I,22: “Estote factores verbi, et non auditores tantum, fallentes vosmetipsos.”

**896.** – Ista quinque servavit per ordinem beata Maria in generatione Verbi Dei ex se. Primo enim audivit: “Spiritus Sanctus superveniet in te”, *Luc.* II,35, secundo consensit per fidem: “Ecce ancilla Domini”, *ibid.* 38, tertio tenuit et portavit in utero, quarto protulit et peperit eum, quinto nutrivit et lactavit eum; unde Ecclesia cantat: “Ipsam regem angelorum sola virgo lactabat ubere de caelo pleno.”<sup>1</sup>

(Lateinischer Text: [www.corpusthomicum.org](http://www.corpusthomicum.org))

<sup>1</sup> Responsorium aus dem Offizium zum Weihnachtsfest.

**895.** – Wenn also das Wort Gottes der Sohn Gottes ist und also alle Worte ein Abbild dieses Wortes, dann ist es erstlich notwendig, auf die Worte Gottes gern zu hören. Seine Worte gern zu hören, das ist das Zeichen dafür, daß wir Gott lieben.

Zweitens müssen wir den Worten Gottes glauben, weil durch sie das Wort Gottes in uns wohnt: Christus, der das Wort Gottes ist. Der Apostel sagt im *Epheserbrief* (3,17): „Daß Christus durch den Glauben in euren Herzen wohne“. Und der Herr spricht bei *Johannes* (5,38) zu den Juden: „Ihr habt sein Wort nicht bleibend in euch.“

Drittens müssen wir das Wort Gottes, das in uns ist, beständig betrachten, denn wir sollen nicht nur glauben, sondern betrachten, andernfalls ist der Glaube unnütz. Solches Betrachten vermag viel gegen die Sünde: „In meinem Herzen berge ich deine Worte, damit ich gegen dich nicht sündige“ (*Psal.* 119 [118],11). Und an einer anderen Stelle heißt es vom gerechten Mann: „Sein Gesetz betrachtet er Tag und Nacht“ (*Psal.* 1,2). Daher wird von der seligen Jungfrau gesagt, sie habe alle diese Worte bewahrt und in ihrem Herzen erwogen.

Viertens muß der Mensch das Wort Gottes anderen mitteilen durch ermahrende und begeisternde Verkündigung. Der Apostel schreibt an die *Epheser* (4,29): „Keine schlechte Rede komme aus eurem Munde, sondern wenn eine, dann eine gute zur Erbauung.“ Ebenso im *Kolossenerbrief* (3,16): „Das Wort Christi wohne überreich in euch, durch das ihr euch in aller Weisheit belehrt und gegenseitig ermahnt.“ Ferner im *zweiten Timotheusbrief* (4,2): „Predige das Wort, tritt dafür ein, ob gelegen oder ungelegen.“

Schließlich muß das Wort Gottes wie ein Befehl ausgeführt werden. „Seid Täter des Wortes und nicht nur Hörer, sonst täuscht ihr euch selbst“ (*Jak* 1,2).

**896.** – Diese fünf Dinge beachtete die selige Jungfrau der Reihe nach, als sie das Wort Gottes gebar. Denn erstens vernahm sie: „Der Geist wird über dich kommen“ (*Lk* 1,35). Zweitens willigte sie gläubig ein: „Siehe, die Magd des Herrn“. Drittens trug sie es bei sich in ihrem Schoß. Viertens brachte sie den Sohn Gottes hervor und gebar ihn. Fünftens nährte sie ihn; darum singt die Kirche: „Den König der Engel selbst nährte die Jungfrau aus vom Himmel voller Brust.“

(Deutsche Übersetzung: Josef Pieper)

Aus: Thomas von Aquin, *Das Credo, Auslegungen zum Apostolischen Glaubensbekenntnis. Lateinisch-deutsch (= Einführende Schriften, 3)*, München: Pneuma 2019.